

CAPVT VII.

Quæ absentia in Præbendariis Indicis debeat iusta reputari.

VLta esse pro eo causæ possunt, iuxta Iuris dispositiones, & receptas Doctorem sententias, de quibus dictum aliquid num. 34. & vt id, quod instituti est nostri, promoueamus, sit

§. I.

De iusta causa ratione studiorum.

Assertio 1. Licere absentiam ratione studiorum.

38 Dico primò. Studiorum causâ abesse Indici Præbendarij possunt. Probatur, quia id conceditur in Cap. Licet vobis, de Præbendis. Cap. Cum ex eo, de Electione in 6. & multis aliis locis apud Tiberium Decianum Volum. 1. Responso 43. numer. 1. Dom. Solorzanum Tomo 2. Lib. 3. Cap. 14. num. 21. & seqq. P. Bauny in Praxi Beneficiorum Disput. 14. Quest. 2. §. Secundò excusat, & seqq. Dom. Barbosa de Potest. Episc. Alleg. 56. numer. 18. & seqq. aliosque. Et concessio talis nullibi reuocata; immò nec videtur posse conuenienter reuocari, itante semper ratione adductâ à Pontificio Octauro dicto Cap. Cum ex eo, summâ scilicet necessitate doctorum hominum in Ecclesia.

Assertio 2. Maximè Theologia. Cap. Licet ex eo.

Dico secundò. Absentia ob causam dictam maximè habet locum in Theologia. Constat, tum ex illius præstantia, tum ex speciali concessione in Cap. finali de Magistris. Et in Concilio Tridentino Sessione 5. Cap. 1. De Reformat. Vbi de studio Scripturæ sacræ est sermo, quod est Theologiæ fundamentum; & ex illius concessione sufficienter posset intelligi studium etiam Theologiæ concessum: quemadmodum in citato Cap. Licet vobis, sic habetur: In sacra pagina cupiens studere. Et tamen ibi Doctores Theologiam indicatam etiam volunt, sicque habet Summarium eiusdem Capituli, dum in eo ita legitur: Absens in Theologia studio fructus Beneficiorum suorum percipit.

Assertio 3. Et Iuris Canonici.

39 Dico tertio. Idem indultum pro studio Iuris Canonici est admittendum, licet in Iure non habeatur expressum. Sic probat Tiberius Decianus Responso citato n. 2. & seqq. vbi Doctores & congruentias adducit.

Assertio 4. Circa tempus quantum concedendum.

Dico quartò. Pro studio dicto tantum est spatium temporis concedendum, quantum conueniens apparet secundum cursum ordinarium studiorum; aliàs non obtineretur finis à Sede Apostolica huiusmodi indulgentiæ prætextus. Cap. finali de Magistris quinquennium conceditur. Cap. Cum ex eo, quod est posterius, septennium. Est autem inter Doctores controuersum an posterior hæc Concessio modò locum habeat, quia Declarationes Cardinalium extant, quinquennium tantummodò posse concedi concludentes, vt videri potest apud Nicolaum Garciam Tractatu de Beneficiis Parte 3. Cap. 2. num. 81. pro quo & ipse pugnat num. 82. sicut & alij, in quibus Dom. Barbosa supra num. 31. Sed contrarium te-

net Zerola Parte 1. verb. Studium. Ad Tertiam, solis Parochis assignatum quinquennium affirmas, & vterius addens circa hoc posse Episcopum arbitrari: & ita non solum septennium, sed etiam octennium concedere siue pro Theologia, siue pro Iuris studio. Et pro eo adducit Conciliu Lateranense sub Leone X. Sessio 8. §. Statuimus. vbi quinquennium pro Philosophiâ, & aliud item pro Theologia conceditur: item Pium Quartum die 24. Nouemb. Ann. 1564. Bullâ specialia quinquennium exprimentem. Vbi tamen additur, Vel aliud tempus. Concilium Tridentinum citato Cap. 1. Sessio 5. vbi nulla temporis limitatio adiecta. Quod quidem mirum videri non debet, si Galliæ consuetudinem attendamus, in quâ decennium pro Magistris & Licentiatis in Theologia conceditur: & pro Doctoribus, aut Licentiatis in Artibus, & Logicalibus inclusiuè, septennium, vt testatur P. Bauny Quest. 2. citata §. Dixi, iure.

Concilium Later sub Leone X.

Pius IV.

Concil. Trid.

Galliæ consuetudo.

Eugenij IV. Constitutio qua Salmanticensi, & alijs, præsertim Indicijs vniuersitatibus, est communiata.

Carolus V. vt potuerit priuilegia Salmanticensi ad Indicos extendere.

Ratio præ ampliori spatio quâ quinquennij.

Cap. Cum ex eo.

Assertio 5. Prædicta Indijs applicanda.

Quæ oppositum præbent videtur.

litudo. Deinde, Pro Ecclesijs Indiaram Ministros debere idoneos eligi, iuxta id, quod ab Alexandro Sexto Regibus Catholicis in celebri donationis Indiaram Bullâ grauiter intimatur. Præterquam quòd in Ecclesijs Europæ, vbi priuilegium dictum viget, solent Vicarij substitui; (licet obligationem talem negat Trullench Libro 1. Cap. 8. §. 9. num. 5.) per quos satis sacris fiat officijs, vt de Gallia testatur P. Bauny supra §. Dixi, iure. Et generalius Zerola. V. Beneficium, ad Tertium, pag. 87. similis enim vbique ratio occurrit: ne scilicet Ecclesiæ seruitium per longum adeò spatium, cum pro eo abundè sint dispositi prouentus, omitatur. Atqui id fieri in Ecclesijs Indiaram conuenienter nequit, quia nullus pro absentem inter Capitulares admittitur: & quamuis ad canendum posset admitti, non tamen ad alia, quæ Præbendariis propria sunt, tum in Choro, tum in altari. Item cum in Ecclesijs Indiaram, vt diximus, tota Præbenda sit in distributionibus constituta, eam integrè sic absentes lucrari contentent, quia multi Doctores ita sentent, quos refert & sequitur Dom. Solorzanus citato Cap. 14. num. 28. & 29. quod quidem durum videtur, vt scilicet ij, qui in Ecclesia resident, & pondus seruitij sustinent, nil plus eo titulo habeant: vnde sacri Canonibus distributiones semper excipiunt, sicut & Eugenius Quartus, vt vidimus num. 34. eo quidem respectu vt præsentibus & seruiens, non præsentibus nec seruiens præferantur. Licet autem sint Doctores, qui in hoc casu tertiam distributionum partem detrahendam dicant, vt videri potest apud eundem Auctorem citato num. 28. tenetque etiam P. Palaus Tomo 2. Tractatu 7. Disputat. 3. Puncto 9. §. 9. num. 13. verò. Solum est: quod est equidem & iuri & rationi apprimè consonum, ex parte pro eo Declaratio Cardinalium circa Cap. 1. Sess. 5. num. 25. Cum tamen in opinione sit, facile contingere poterit vt contra Præbendarios in fauorem studentium sententia proferatur. Et ita quidem videmus in Magistris practitari, quibus pro absentia tempore nihil detrahatur.

Ex distributionibus an aliquod detrahendum.

Assertio 6. Licentiam Prælatorum in Indiis necessariâ.

Capit. Relatum. Et Cap. Tux Fratritatis.

num. 81. & 82. quæ circa ætatem præscribit limitationem: neque iudicium circa illud & alia formari conuenienter potest, nisi Prælatus à Præbendario conueniatur. Pro quo & expendo Cap. Super specula, ibi: Ad Theologicæ professionis studium aliqui docibiles declinentur: qui, cum docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti &c. Non ergo omnes, sed docibiles, ad Theologicæ professionis, & Iuris Canonici studia destinandi; sed qui docibiles? De quibus scilicet sperari possit, si diu prædictis facultatibus operam dederint, in Dei Ecclesia adinstar splendoris firmamenti futuros, & vt ad iustitiam valeant plurimos erudire, vt ibidem dicitur, prius ipsi iuxta ingenij docilitatem eruditi. Vt ergo ex circumstantiis docilitas possit agnosci, Prælatus necessariò est adeundus, & illius beneplacitum requirendum. Quòd autem in Indiis negare licentiam debeat, nisi casus aliquis rarus accideret, adductæ rationes ostendunt.

Cap. Super specula.

43 Quia verò repulsus appellare potest, vt cum Zerola tradunt alij ab eodem citati supra repulsus num. 1. §. Ad Primam. Et P. Palaus §. Nihilominus, videant appellationis iudices qualiter in huiusmodi causa procedant: vix enim credibile est, vt maiorem notitiam docilitatis habeant illi, quam Pastor proprius, qui omnes circumstantias attentè potest expendere, & viciniore testes examinare. Omnibus autem id audiendum, quod habet Glossa in citatum Cap. Cum ex eo, verb. Litterarum, sic clamans: Cauent Episcopi ne dispensent cum iis, qui dociles non sunt; iam enim in eis cessat huius Constitutionis causa. Vnde nec fiat dispensatio. Sic illa, adducens statim Cap. Quod pro remedio 1. quasi. 7. quod tamen non videtur ad rem, quia ibi tantum dicitur quòd id quod necessitas pro remedio reperit, cessante vique necessitate debet cessare pariter. Nisi dicamus cessare hic necessitatem, quatenus necessitas possibile respicit: eum autem is, qui docibilis non est, nequeat necessitati Ecclesiæ succurrere, respectu illius cessat necessitas: Sicut esturiens necessarium habet panem, non lapidem, qui tantum in panem potest per diuinam potentiam transmutari. Accedit Regia Scheda Philippi Tertij die 14. Augusti. Ann. 1620. ad Proregem, & Audientiam Nouæ Hispaniæ, in qua iubet Que ningun Prebendado deje de seruir y residir su Prebenda, à titulo de Cathedral. Ex tali enim iussione clarè videtur inferti neque ratione studij debere residentiam omitti: quia omnino residentia ob publicum magistratum magis priuilegiata est, vt constat ex Cap. finali, de Magistris, vbi eum pro studentibus concedatur quinquennium, Magistris tamen minimè tempus limitatur, vt communiter obseruant Scribentes, pro quo Dom. Barbosa Allegat. 56. citata n. 32: vbi alios adducit. Et P. Palaus supra numer. 11. §. Ceterum: quamuis Glossa non ita resolutiue in eo loqui videatur. Cum ergo pro Magistris priuilegium Iuris in Indiis non ita suffragetur, vt illi à residendi obligatione habeantur immunes, neque id certè debet pro studentibus indulgeri. Et licet Scheda dicta non sit ad omnia Indiaram regna directâ, ex eâ tamen pro iudicando conueniens fundamentum sumi potest, stante præsertim sententiâ & praxi, pro qua Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 4. Cap. 12. num. 66. & seqq. plures

Quid si repulsus appellat.

Glossa.

Cap. Quod pro remedio 1. q. 7.

Schedula Philippi 3.

42 Dico sexto. Si priuilegium studentium sit in Præbendis Indicijs practicum, nullo modo id sine licentiâ debet fieri Prælatorum, qui & eam poterunt denegare. Scio multorum esse sententiam, qui affirmant Prælatorum licentiam non requiri, quibuscum tandem sentit Nicolaus Garcia Parte 3. Cap. 2. num. 95. pro quo & alios adducit P. Bauny Quest. 2. §. Hac tamen. Sed certè multi alij necessariam esse dicunt, ex quibus P. Reginaldus Lib. 30. Tract. 3. Cap. 5. num. 54. §. Quarta sententia, vbi P. Lessium adducit; qui tamen Lib. 2. Cap. 34. num. 163. ad studium Theologiæ, & Iuris Canonici non esse necessariam asserit. P. Palaus supra num. 7. Dom. Barbosa Allegat. 56. numer. 28. & 29. Citat autem vterque Nicolaum Garciam, qui tamen citatorum, contrarium determinat. Et pro eo stat Cap. Relatum, & Cap. Tux Fratritatis, de Cler. non resid. ibi: Nisi forte de licentiâ suorum Prælatorum, vel studio litterarum, vel pro alijs honestis causis &c. Sic in priori. Et in alio, ibi: Accepta licentiâ. Ita vt etiam aperte Pius Quartus in Bulla citatâ numer. 39. & Congregatio Cardinalium, de qua Nicolaus Garcia

plures Auctores adducit, quod scilicet Regiæ Schedulæ ad vnum Proregem directæ, non solum pro illo regno, sed pro omnibus ius statuunt, in quibus eadem est ratio, vt in casu est nostro manifestum.

Parochis licentiam denegandâ.

44 Et ex his constat Parochis potiori ratione licentiam huiusmodi denegandam. Pro quo & facit quamplurium Doctorum sententia assententium illis post Concilium Tridentinum non posse concedi. Cum enim iuxta illud Beneficia Curata debeant per concursum, dignioribusque conferri; non est possibile digniorem inueniri aliquem, & aliâs penitus illiteratum. Videndi illi apud Barbolam supra, num. 30. qui & ita decisum affirmant. Quod etiam vt probabilius & in consulendo ac iudicando seruandum amplectitur P. Palaus supra, num. 8. & 9. vbi plures etiam congerit oppositum sentientes, qui tamen ab Episcopo licentiam petendam affirmant. Tenent etiam Trullench supra, num. 3. casum tantum rarum excipiens. Et Thomas Hurtadus Tractatu vltimo, num. 740. nisi quando Cura est data sine concursu, de quo num. 741. Habent ergo Indiarum Episcopi vnde negare eam merito possint, idque sine appellacionis remedio, quia suo vtuntur iure secundum priorem sententiam, & secundum posteriorem: cum enim licentia in hoc vt necessaria statuatur, appellatio subuenire nequit, vt contra id fieri possit. Pro quo est Cap. Relatum citatum, ibi: Nisi forte de licentiâ suorum Prælatorum, vel studio litterarum, vel pro alijs honestis causis contigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellacionis diffugiunt, si contra huiusmodi intentionem Decreti fuerit interiectum. Sic Alexander III. vbi de habentibus Curatum Beneficium agebatur. Extat etiam pro eodem Decretum Concilij Tridentini Sessio. 23. Cap. 1. de Reformat. vbi statuitur neminem Curam animarum habentem posse sine licentiâ Ordinarij in scriptis, gratisque concedendam, se absentare: quod si secus acciderit, censuris absentem posse compellere ad residentiam, non obstante Eugenianâ, Extratragante inquam Eugenij IV. quæ habetur inter Communes Lib. 5. de Privilegijs, Cap. 3. & prohibet Censuras ferri in eos, qui Romam tendunt, ibique negotia apud Sedem Apostolicam prosequuntur. Possunt ergo & tales ad residendum compelli, possunt pariter & studentes, idque sine appellacione, aut inhibitione etiam in Romanâ Curia.

Nec appellacioni deferendum.

Cap. Relatum, de Cleric. non resid.

Conc. Triid.

Affertio 5. circa ius Civile idè privilegium extare, iuxta probabilem sententiam.

45 Dico septimo. Pro studio Iuris ciuili posse priuilegium dictum suffragari (iis exceptis, de quibus in Cap. Non Magnopere. & Cap. Super specula, ne Clerici, vel Monachi, Religiosus inquam, Presbyteris & habentibus dignitatem, vel personatum, vel Parochialem) tenent Doctores aliqui, ex quibus nonnullos adducit & sequitur Tiberius Decianus Volum. 1. Responsio 43. numer. 5. & seqq. quibus addendî Dom. Barbola Allegat. 56. citata, num. 26. Zerola verb. Studium. Ad quintum, 2. de officio diuino, Quest. 5. Puncto 3. §. 9. num. 4. & P. Palaus tamquam probabile supra, numer. 6. Negant alij, ex quibus videtur Dom. Solorzanus, qui solius Theologiæ, & Iuris Canonici meminit. Pro quo & faciunt Declarationes Cardinalium, quæ numquam de Ciuili iure loquuntur. Sed certè cum prior dicendi modus graues Patro-

nos habeat, non potest penitus improbari: præsertim quia Cap. Cum de diuersis, de Priuilegijs in 6. expressè Ius ciuile commemorat, dum studentes Romæ, vbi iubetur vt regatur & vigeat Studium iuris diuini & humani; Canonici videlicet, & Ciuilibus, omnibus priuilegijs fruuntur, quibus fruuntur ij, qui student in Scholis, vbi generale regitur Studium, & ita quod recipiant integrè prouentus suos Ecclesiasticos. sicut illi, &c. Vbi Innocentius IV. non solum pro Romæ studentibus priuilegium illud concedit, sed simul ostendit quantum debeat Iuris Ciuilibus studium æstimari; atque ita causam esse sufficientem, vt abesse Beneficiarij possint: pariterque præsupponit id in studiis alijs generalibus fieri, dum ad eorum similitudinem Romanas vult Scholas frequentari, & similibus priuilegijs studentes frui. Quod si quis miretur quomodo Pontifex in statuendis scholis non meminerit Theologiæ, occurrendum est cum Ioanne Monacho, qui ait illud, Canonici videlicet & Ciuilibus, non ita exponendum, vt Canonicum respondeat diuino, & Ciuile humano, sed per vtrumque quod sit humanum exponatur. Id est, positum, scilicet Canonici & Ciuilibus: quod dicit diuini intelligatur proprie de sacra pagina. Verba illius sunt. Et merito quidem, quia Ius Canonicum nequit proprie dici diuinum, quandoquidem iuxta communem Theologorum & Iurisperitorum intellectum, ius diuinum & posituum omnino distincta sunt, & ita frequentissimè loquimur, dum dicimus aliquid esse de iure positum, non tamen diuino. Quid tamen de hoc sit, in Indijs non est concedenda licentia pro studio legum, non solum ob generalem rationem dictam, sed quia ad negotium fidei, quod præsertim in eisdem agitur, vix vtilis esse potest. Et quidem merus Legista generaliter loquendo parum valet, vnde est illud apud Tiberium Decianum supra. Legista senza Capitulo, val poco: Canonista senza legge val niente. Hinc factum vt in Limanâ Academiâ ita legum studium vigeat, quod in illâ nullus Gradum accipere nequeat; & ita duo tantum anni cursus exigantur, quia eâ moderacione tantum comparari notitiâ potest, quantum est ad Sacrorum Canonum intelligentiam necessarium.

Cap. Cum de diuersis, de Priuilegijs in 6.

Theologia cur non in eo expressa mentio.

Ioan. Monacho.

In Indijs non esse licentiam, pro studio legum concedendam.

Affertio 6. pro Grammaticâ licentiâ dâbere concedi, & quid de litteris humanioribus.

46 Dico octauo. Pro auditione Grammaticæ, si talis defectus possit cum Præbendæ adptione componi, concedi licentia potest, immo & debet, quia sine Grammaticâ Præbendarius lapsus fœdissimos in diuini officij exercitatione committet. Ad litteras humaniores posse licentiam concedi cum Nauarro tenet P. Lessius Lib. 2. Cap. 34. num. 163. P. Reginaldus Lib. 30. Tractat. 3. Cap. 5. num. 54. §. Quarta causa. Alij etiam sine limitatione id fieri posse concedunt, vt Malderus & Petrus Gregorius, quorum sententiam vt probabilem amplectitur P. Bauny Quest. 2. citatâ. §. His tamen: & §. Secundo excusat. Cum ergo hoc circa humaniores litteras ita habeat, circa Grammaticam non videtur etiam in Indijs, pro Parochis ipsis dubitandum. Sic vidimus Parochum quemdam Indorum ab Episcopo in Seminarium missum, vbi Grammaticâ inter pueros addiceret, quod nescio an fuerit consecutus. Si dicas tales, vt potè penitus illiteratos, esse irregulares, & ita Beneficio priuandos, cuius non sunt capaces ex Cap. Cum in cunctis, de Electione

Quinam illiterati irregulares censentur.

Edione. §. Finali. Cap. Cum nobis, eodem Titulo: pro quo & Doctores apud Barbolam Allegat. 46. num. 5. & 10. & Allegat. 63. num. 1. Occurrendum est ex communi sententiâ Doctorum, qui illiteratos Beneficij incapaces eos tantum esse dicunt, qui legere nesciunt, vel ad summum, scribere: vt videri potest apud Illustrissimum Zaparam Disceptatione de Iustitiâ distributiua, Pag. 120. P. Thomam Sancium Lib. 2. Consil. Cap. 2. Dub. 20. & P. Palaus Tractat. 13. Disput. 4. Puncto 6. num. 9. qui sufficiens iudicat, si legere linguam Latinam sciat. Barbola num. 9. & 13. cum alijs plus exigit, sed reuerâ parum, quod scilicet aliquod principium Grammaticæ habeat. Quod si instetur electiones istas esse irritandas, licet validæ sint, vt indignis delatas, contra Concilij Tridentini Decretum Sessio 7. Cap. 3. de Reformat. ibi, Aliter autem facta collatio, siue prouiso, omnino irritatur. Pro quo Barbola Allegat. 65. num. 3. & P. Palaus supra, numer. 8. Responderi potest irritandam quidem, si nulla sit spes meliorationis; cum tamen esse possit, & rationes aliqua conuenientia, vt irritatio possit suspendi, concessio tempore studij, sitque hoc pacto melior conditio possidentis, vel tolerari ob insignem probitatem, & alia, de quibus Barbola citato numer. 3. & etiam.

Forum electiones irritandas.

Conc. Triid.

Affertio 9. ad studium Philosophiæ privilegium extant.

Sed non in Indijs.

47 Dico nono. Pro studio solius Philosophiæ generaliter loquendo verosimile est priuilegium studiorum ad sic studentes extendi. Sic Zerola verb. Studium, Ad quintum. P. Lessius, P. Reginaldus, & P. Bauny num. preced. citati; qui de licentiâ vt de Grammaticâ loquuntur, & apud ipsosalij. In Indijs tamen id non videtur admittendum, propter rationem generalem, de qua num. 41. & propter adductam num. 45. circa Ius ciuile: est enim studium hoc ad negotium, quod præcipuè in Indijs agitur, stabilendæ scilicet Christianæ Religionis, vbi dominata barbaries, parum vtile, & tempus in eo infumendum vtilius posset studiis alijs commodioribus applicari. Et Præbendarij quidem, de quibus præsertim agimus, pro ministerio Chori & Altaris, defectus Logicæ, Physicæ, & Metaphysicæ incommodare non poterit. Sed si tantus amor huiusmodi cognitionis in aliquo vigeat, vt de illius carentia doleat, habet ille profectò horas vacuas, habet & mentes, in quibus instructore consulto, possit adaptione nouitiâ respirare. Poterit etiam frequentare Scholas, cum residentia obligatio non vigeat, nec difficile fuerit Gradum aliquem consequi, cum eos, qui in facultate istâ conferri solent, sit facillimum obtinere. Quod si in ciuitate sit, in quâ studia communia non vigent, de Gradu non curandum, vix vtili, nisi quatenus ad superiores est via. Satijs fuerit studio probitatis incumbere, sic enim & Magistri & Doctoris lauream magis honorificam comparabit.

Affertio 10. circa studium Medicinæ negatiua. Et quid pro opposito facere videatur.

48 Dico decimo. Priuilegio dicto non debent gaudere, præsertim in Ecclesijs Indiarum, qui Medicinæ operam dare velint. Sunt equidem qui hoc concedant, ex quibus Zerola Verb. Studium ad quintum principale, & in responsione ad dubium primum: vbi cum prohibitionem proponat, de qua num. 45. circa alios nullam mouet questionem. Colligitur etiam ex P. Bauny Quest. 2. citatâ. §. In eorum. Vbi quod in Cap. Relatum,

de studio litterarum dicitur, vt vidimus num. 44. ad humanas omnes litteras extendendum arbitratur, cum reuerâ omnibus & diuinis & humanis sit commune. Et posset quidem in Indijs specialis ratio conuenientia, immo & necessitatis allegari, ob paucitatem scilicet Medicorum, qui huic studio post Philosophiæ curriculum, quæ illius fundamentum est, operam strenuam diurnamque nauarint. Neque Medicina Præbendarium dedecet, quandoquidem Præbendarios Medicos constat extitisse, & his ipsis diebus Canonicus Legionensis nescio quam super curando controuersiam Romæ dilucullam excitauit. Et quidem cum Medicina simul eum Iure ciuili inueniatur concessa, iis exceptis, de quibus in Cap. Super specula, ne Clerici vel Monachi, ibi: Ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, Cantores, & alios Clericos Personatus habentes, nec non Presbyteros. Sicut propter studium Iuris ciuilibus potest licentia concedi, iuxta dicta numer. 45. ita & pro studio Medicinæ, cum de similibus idem iudicium sit habendum. Cap. Inter Corporalia, de translatione. Episcopo.

Illam non dedecere Præbendarios.

Cap. Super specula.

49 Nihilominus propofita est Assertio sustinenda, quia licet Medicinæ studium non sit Ecclesiasticis absolutè prohibitum: quod tamen abesse à Beneficio possint, vt illi dent operam, contra morem Ecclesiæ est, non enim circa hoc quidquam prædicatum extat, neque sine scandalo stare, si ad praxim illud adducere quisquam niteretur. Pro Indijs autem est singularis ratio, quam Honorius III. adducit in citato Cap. Super specula, sic locutus: Quia verò Theologia studium cupimus ampliari, vt dilatato sui tenentij loco, fumiculos suos faciat longiores, vt sit fides Catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, &c. Cum enim in Indijs de propagatione agatur fidei, & ita, vt fumiculos suos, dilatato tenentij loco, faciat longiores, omnium maximè necessaria Theologia est, & ita non est ad Medicinam indulgentia Sedis Apostolicæ pro studentibus amplianda. Cuius licet necessitas aliqua subfit, aliunde suppleri potest, prouidendo vt aliorum statuum adolescentibus studio eiusdem applicentur. Non est autem eius, & Ciuilibus iuris ratio eadem, licet simul proponantur: quia Iuris ciuilibus studium pro Sacrorum Canonum intelligentiâ valde necessarium est, & pro eo, vt vidimus, specialis est Innocentij IV. concessio.

Probatum Assertio.

Ex citato Cap Super specula vrgens ratio.

50 Dico vndecimo. Si in Indijs licentia Præbendarij, aut etiam Parochis, studiorum causâ concedatur, poterunt illi Philosophiam & Theologiam in Scholis Societatis audire, in quibus illæ cum facultate conferendi Gradus præleguntur. Licet enim Doctores aliqui, Declarationi cuidam Congregationis Cardinalium inhærentes, dicant futurum studium in famosa Vniuersitate, Vt Zerola verb. Studium, Ad Octauum, Bonacina Tomo 1. Disputat. 2. de Officio diuino Quest. 5. Puncto 3. §. 9. num. 7. & 8. Dom. Barbola Allegat. citata num. 21. & 22. P. Palaus Tomo 2. Tract. 7. Disput. 3. Puncto 9. num. 1. & alij, id tamen non videtur vrgere, quia iuxta dispositiones Iuris communis id necessarium non est; & vbi præsertim de eo agitur, scilicet in Cap. Tux & Fratemitatis, de Cler. non resident. nihil tale iubetur. Quasiuisi ( inquit Innocentius Tertius E-

Affertio 11. In Scholis Societatis posse priuilegium obtineri.

Cap. Tux & Fratemitatis.